Witte S. 271 zu 1081. Annales zu 1082 auf S. 182 mit geringen Varianten.	Vita cap. 25.
Hoc ipso anno] expeditio Hermanni prefati novi regis ante quadragesimam contra Westphalos facta est, qui omnem regionem incendiis et preda vastavit et episcopum Osnaburgensem Bennonem supra Iburg castrum obsidere nisus est, nisi instantia Ecberti marchionis et Udonis episcopi Hildensemensis ob antiquam amicitiam Bennonis reversus esset ac revocatus.	Sed hoc iterum nova Saxonum tumultuatione differtur; nam quendam sibi Hermannum principem praeponentes cum ingenti excercitu has iterum partes invadunt urbem, hanc undique studiosa obsidione vallantes. Hic equidem breviter referendum videtur quantum ingeniosi viri facundia valuit. Erant in exercitu illo Hildesimensis episcopus Udo et Ebbertus marchio summi viri virtute et divitiis pene omnes praeeminentes, qui cum illum antiqua amicitia et privata quadam familiaritate, quamvis hostes viderentur, intime venerarentur et diligerent, eius petiere colloquium etc.
Witte S. 271 irrthüml. zu 1083, ebenso Annales a. a. O. S. 183, mit der auffälligen Variante Hildebrandi statt Gregorii.	cap. 20.
Ea tempestate Benno prefatus Osnaburgensis episcopus multis diebus cum Hinrico rege degens, ne inani otio torperet, omnium quorum potuit auxilium efflagitavit, ut decimationes ecclesie sue que per multorum annorum curricula sub antecessoribus suis iniuste ablate fuerant restituerentur. Rex vero Hinricus ad hoc ei consentiens regia autoritate reddidit cyrographumque restistutionis conscriptum annulo suo signatum contradidit, quod actenus servatur in ecclesia Osnaburgensi. Ipse vero Benno epi-	— decimationis — violenter ablatae — — ne spatium temporis in palatio degens prorsus inutile duceret — post ablatae decimationis tempora — — — quod chirographum in Osnabrugensi ecclesia cura tanto diligentiore servatur.